



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

26. Octobris. 7. Cal. Novemb.


urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

338 ANNI CISTERCIENS.

ignota sunt mihi arma, quibus triplex hostis animæ meæ sternendus sit ac triumphandus. Vos meritis vestris confortate manus meas, ut tanquam victoria avidus miles alacri mente in arena persistam.

S. BERNARDUS, c. 10. de dil. Deo.

Marty-
res cor-
robora-
vit Dei
amor. *Magna vis prorsus amoris Marty-
rum animas introrsum rapuerat, quæ
ita sua corpora foris exponere, & tor-
menta contemnere valuerunt. Quid
autem jam solutas corporibus? Im-
mersas ex toto credimus immenso illi
pelago aeterni luminis, & luminosa æ-
ternitatis.*



26. Octobris. 7. Cal. Novemb.

Floruit
circa
annum
1238. *B*ERNARDE, Mauriennensis E-
piscopo, gemma seculi illius auri,
quo sola sanctitas digna æstimabatur
honoribus, & in summis passim sub-
sellis adorabatur. Tot ornamento-
rum fœcunda mater & altrix fuit re-
ligiosa paupertas, quæ Cistercium ad
tam alta conscendit fastigia, ut felices
se arbitrarentur Ecclesiæ, si ex hoc Or-
dine sibi deligere pastorem liceret. A-
manda mihi meritò est paupertas, cuius
fructus & in hac & in altera vita sunt
inestimabiles:

inestimabiles: hic pacem, animi quietem,
& securam parit conscientiam: ibi regnum
equale cum maiestate divina.

B. JOANNES Abbas Alnensis, Obijt
qui unâ cum socio Monacho invictam anno
animi constantiam in colenda servan- 1338.
dâque justitia contempto mortis peri-
culo tenuisti, dum ab iniquis raptori-
bus sævissimè interemptus meruisti
laurea Justitiæ coronari. Christus mili-
tia suæ Imperator sanguinea post se relin-
quens vestigia, totidem quasi literis viam
cæli signavit, ad gloriam cælestem aspi-
rantibus calcandam esse patientiæ viam.
Tu firma gressus meos, ut saltem in levi-
bus molestijs sub patientiæ vexillo me mi-
litare ostendam.

S. BERNARDUS, ser. 3. de Annunc.

Si in Christo volumus pie vivere, ne-
cesse est sustineamus persecutionem, ne
malum pro malo, aut maledictum pro
maledicto reddamus. Alioquin qui
patientiam non servaverit, perdet ju-
sticiam, hoc est vitam perdet.

Vitam
perdit,
qui pa-
tientiã.



27. Octobris. 6. Cal. Novemb.

Florui

B. MENFRIDE, Prior Eberbacen-
sis cœnobii; qui ut gregituz dire-
ctioni commisso securius invigilares, 1171.

circa
annum

P p 2 focias